



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

5. Ad te suspiramus gementes &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

85. An- docent nos Oratio- nem illa Felix na- que sa- cra Virgo &c.

de exilio nos revocare volens, dedit benedictio- nem, & confundens mortem donat nobis vitam. Sentiuimus, omnes Maria inuamen quicumque cele- braus eius commemoratiorem, clamantes ad eam, ut casit Ecclesia. Hoc & nos docere Angeli, idi- psam quandoque auditi vocali laude cantare, ut nos consolarentur in hoc arduoso exilio, & in terra peregrinationis nostrae. Audi quod hac de re refert Tho. Cantip. l. 4. Apum c. 4. o. n. 7. qui asserit se duos novisse ex illis viris, hac apparitione Ange- lica Dignis.

Vidi, ait, Suesionem civitatem in Gallia ex- communicationi subiacuisse diu, & non nisi sub si- lentio Clericos divina Mystra celebrasse. In vi- gilia Assumptionis, D. Ioannes Relebas Prior Ca- nonicorum Regularum S. Ioannis in vineis, iuxta muros civitatis, assumptis secum tribus devotissi- mis Canonis in montem proximum civitati, ubi quondam Eremita refederat, ad celebrandam so- lemnitatem B. Virginis secesserunt. Inclinata iam die, cantatis Vespertis, panem & aquam ore sobrio libaverunt. Inde Completorio dicto, post longas orationes membra super nudam humum, ad paulu- lum quiescendum polstraverunt. Mox surrexere, & cantare Martinas magna devotione. At ubi Prior novam Lectorem finivit, subito concensus Angelorum insonuit, & Responsorium decanta- vit. Felix namque sacra Virgo Maria. Quo- vique ad versiculum dicto, quatuor tantum Angeli ex illa innumera multitudine vestrum profecuti sunt. Ora pro populo, &c. Sentiant omnes tuum inua- men, &c. Addeunt & Gloria Patri, multitudine semper cum repetitionibus respondente. Finito Responsorio, factum est silentium Angelorum. Priore autem inchoante Te Deum laudamus. Mar- tinas cum laudibus perfecterunt. O quor tibi lacry- ma, quor suspiria, in recordatione suavissimi ha- ius modulaminis in corde horum devotorum, qui tamquam exules filij Eva in terra peregrinationis suae respirabant ad protectionem Mariae, eius cum Angelis felicitate decantantes, & benedictionem imprecantes. In eis completum tunc fuit: Reliquia cogitationis diem festum agent tibi.

Psal. 75. Sermon. 35. de sanctis Idem. 2. de Assumpt. S. August. Oratio ad B. V.

S. August. sic item habet hanc orationem, Ad te clamamus exules filij Eva, S. Maria succurre misere- re, inua pusillanimes, refove febriles, Poltea adiungit: Sit tibi c. mpassio super afflictus, sit pius affectus super calorem peregrinus, & cum letantem semper aspicias, fletus nostros ad Deum que, unius admute eum q. ut proprium Filium pro nobis interpella. Nos enim adhuc in terra hac affligimur, persecutionibus lacessimur, opprobriis afficimur, esurimus sitimus. Tu in celesti- bus regnis praesata es cunctis Virginum Choris. Tu A- gnum, quocumque perrexit, sequeris Tibi Thronus regis ab Angelis collocatur. Tu aula aeterni Regis, te- que ipse Rex Regum & Matrem vera & sponsa decorata pra omnibus dilectam amoris amplexu tibi associat. Has ergo raras felicitates possidens, exvertite ad no- stram miseriarum salutem. Quid vero aliud hic dici-

mus, dū canimus: Ad te clamamus exules filij Eva, gementes & fientes in hac lachrymarum valle? An illa qua pro libe audis meruit proferre pretium, de- net, ementibus, & ad fe clamantibus impendere suffragium? Taceat ergo hic haeretici, & a lingua viros abstantiant. impedit conantes nostram ad De parum orationem, quam nos docet Mater nos- tra Ecclesia, S. August. & alij Sancti Patres.

AD TE SUSPIRAMUS GEMENTES ET FIENTES IN HAC LACHRYMARUM VALLE.

M ERITO hic mundus dicitur Vallis lachrymarum, in quo post peccatum tot inundant mala, tot miseriae, tam corporales, quam spirituales, tot infortunia, tot praesae, afflictiones, & dolores, vt merito eas confidantibus & experientibus, lachrymas & gemitum cieant, idque frequenter mē- tibus, vt non cum aliqua calamitate luctetur, aut sub onere aliquo gemit & suspirare cogatur. Vnde hic Mundus recte etiam dicitur Vallis visusum onerum, in quo non cernitur nisi multiplex Ovis calami- colum & triste opprimens corpus & animum. Onus Babylonis, siue confusio: Onus Aegypti, siue tenebrarum: Onus Damasci, siue languis fustis quod aunc cernitur corporaliter in tot bellis sanguinolentis, & specialiter in tot peccatis carnali- bus. Onus Philistinum, id est, vexationis immundum spirituum, &c. De quibus oneribus agit Isaias à c. 13. & mystice explicat S. Bernardus scilicet specialiter de vndecim Oneribus Isaia.

An non propter haec omnia Mundus iste recte dicitur Vallis onerosa. Vallis calamitosa, Vallis A- donum inter Ierusalem & Ierico, Vallis lachryma- rum, Locus fletuum. Dicebat olim Ierem. Status tibi speculum, pone amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. O si ascendere possemus in sublimē adeo speculam, vt quae in hac Valle geruntur, con- tueri possemus, quantum amaritudinis, quantum copiam lachrymarum cerneremus ex varijs afflic- tionibus & miserijs eorum! Attende mecum varia- rios sortos hominum fletuum. 1. Ille flet propter inopiam, quia nec sibi, nec proli potest cibum providere: Ille opes habet com- ptiolas, sed flet, quia cum continua agritudine & languore conflictari cogitur, etiam agens inter opes, sine consolatione. Audi Antiochum, Huius- quas angustias deueni, qui incurdus eram in mea po- restate! 2. Ille deflet quod proles non habeat, felici- tates in cta matrimonio sicque luger, quod alieno haeredi censum relinquere cogatur. Ille ipsammet quas habet proles, deflet, quia cruci sibi innot & opprobrio. Anna Mater Samuelis flet amare co- ram Heli, defectu prolis. Heli debuisse flet ipse super filijs suis impijs & super eorum opprobri- is. Ezechias Rex in agritudine sua flebat defectu generationis. Rex David amare flet in lacru

WANTIA

tu filij filij Abalonis Sepulti in inferno mole crimi-
nis.

Ille unus felix, qui fletum hic egerit omnem,
Ne lachrymas fudet post sua fata nouas.

3. Ille flet, quia filium vel filium dilectum per-
didit, in quo spes domus, et viduam in Naim. Ille
desert vel fratrem, vel patrem, vel amicum, quo
magnopere egebat. vt Martha.

4. Ille flet, quia dānum passus in fortunis per-
tempertatem, vel naufragium, vel larroncium. Ille
desert, quod opprobrium pati cogatur, vel iniuriam
in honore, vt Satana.

5. Ista puella desert sortem suam, quia depre-
hensa in malo, vel quia decepta falsis promissis. Il-
la desert jugum patrem, quia libertate vt ne-
quit, aut quia non assequitur patrem suum matrimo-
nium.

6. Ista vidua lamentatur maritum & orbita-
tem. Illi pupilli patrem, quia violentia non pos-
sunt resistere. *Vidi sub Sole lachrymas innocentium,*
inquit Ecclesiastes, & neminem consolatorem.
Eccl. 4.

7. Ille flet, quia a creditore vigeretur, nec potest
satis facere. Ille aliam desert afflictionem, vel vexa-
tionem, quam a se non potest exereere.

8. Ille flet ob infelix matrimonium, quia male
elegit. Ille flet, quia arguentem se ex superbia &
impatiencia non potest pati, aut quia lite cecidit,
&c. Sexcentas alias occasiones licet hic recense-
re, sed hec sufficienter modum exempli.
Ex quibus dilucidissimum est non merito ad Ma-
riam Matrem consolationis nos clamare, & dicere:
Ad te clamamus exul: filij Heu, &c.

Quis adeo cecis vel clausis oculis Orbem hunc
perambulatur, vt non videat, quod merito ob hanc om-
nia, *Locus fletuum dicitur, & Vallis lachryma-
rum.* Bātam ob causam sic Deum precatur Ec-
clesia: *Inuere Domine propitius tribulationes plebi-
um, pericula populorum, captiuorum gemitus, mis-
erias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam
debilium, desperationes languentium, desolatus senum,
suspiria iuuenum, rursus virginum, lamenta vidua-
rum.* Quibus verbis compendio comprehendun-
tur occasiones lachrymarum, quas iam in sinuati-
mus, quae frequentissimae sunt inter filios Adae, &
filias huius. Recetē canit quidam:

*Vt lachrymis cepti, lachrymis ita sint vitam,
Totum penē meum viuere fletu fuit.*

*Eic omnes vitam ordimur, sic claudimus omnes,
Ad fletum stentes nascimur, & morimur.*

*Naufraga nos ista tempestas mergit in undas,
Quisquis suū merjus si sepelitur aquis.*

Sed felices, qui propter Dei causam gemitus &
suspiria educunt; vel ad eum illa referunt, aut ad
Dei Matrem, cui hic Titulus per excellentiam
competit, *Consolatrix afflictorum.* Quia ergo ad
Deum per eam recurandum est in omni afflictio-
ne, vt abstergat lachrymas & lamenta, vel im-
petret patientiam cum gratia, idē hic dicitur: *Ad te*

*suspiramus gementes & stentes in hac lachrymarum
ualle.* Quicumque ad eam sincero & pleno recurrit
corde, laticium inuenit & consolationem, quia de
ea verum est, *Sicut lerantum omnium habitatio est* Psal. 86.
*in te: Hoc & Ecclesia ei erecta, sub hoc titulo, No-
stra Domina de Lactia, Nostra Domina de Consola-
tione, & similibus alijs aequivalentibus Titulis, id-
ipsum factis manifestant.*

Certe ipsa nouit compati lachrymantibus & ge-
mentibus, quae in hoc saculo frequenter in caelum
suspiria & gemitus cum lachrymis dirigit pro pec-
catoribus, & non tam pio latus quam pro nostris a-
rumnis. Verum enim fuit de illa, cum in hac vita
mortali ageret: *Plorans, plorans in nocte, & lachry-
ma eius in maxillis eius.* Gladius enim delonis pro-
pter filium, & propter impiorum peccatum non so-
lum semel pettanlijt animam eius, sed multas &
multoties ei extorlit cum suspirijs lachrymas. Et si
modo adhuc posset, lachrymas daret compatiens
super ærumnis nostris super peccantium presenti-
bus & futuris miserijs. Quod quidem quandoque
voluit nobis declaratum certis apparitionibus, &
effectibus, siue signis.

Propterea S. I. Iugardi quondam apparuit B. Vir-
go vultu lugubri & lualido, inquit ipsa compa-
sione mora, vnde talis pallor lualiorque in ea,
quae dicitur decore & gratia plena? Respondit Ma-
ria: Quid miraris vultum lugubrem? En enim
rursus crucifigitur filius meus ab haereticis, & fal-
sis Christianis. Sed tu assume lamentum & conti-
nuis septem annis ieiunia, vt sopiatur ira filij mei,
sicq; censeberis lachrymas abstergere meas. Quod
fecit.

Non absumit visioe sese ostendit B. Coletę, Re-
formatrici a se electae Ordinis Clarissarum. Cum
enim ipsa feruenter oraret B. Virginem, vt pro pec-
catoribus apud filium interueniret, oblatu ei fuit
discus plenus particulis carnis, velut infantis in fru-
stra concisi, dixitque Virgo facie quasi lugubri: *Quo-
modo deprecabor filium pro his, qui illum quosidie
horrendis sceleribus in minore parte discindunt, quod
sine ha quae cernit?*

Illud quoque notabile est, in signum compa-
sionis super peccatoribus, siue plagis eorum, non
nunquam sanguinem sudorem, velut lachrymas,
per imaginem suam dedisse. Audi memorabilem
historiam, quae nostro contigit æuo, & delatibitur
a Iusto Liphio in Diua Virgine Alpicollensi. Venerat
Sichemum (oppidum est vicinum Aspricol-
li, siue Monti acuto, vbi recenret cultus Virgi-
nis in omnium inardescere animis) e pagis adja-
centibus Scabini quingue negotij publici causa,
quo petacto ad sacrum sacellum direrunt. Vnus
de illis inter orandum guttam sanguinis in labro
Virginis videt. Accedit, manu tangit, & digitis ab-
stergit. Attonitus ostendit socijs, non sine eorum
item admiratione, sed ecce secunda se ibidem gur-
ta prodit, & ab alio detegitur. Fit idem tertids
Fit quate. Quartam autem stillam quidam de ijs

*Nouit et-
pasi la-
cryman-
tibus.*

Thoen. x.

*Lugert fuit
euras mi-
serias ho-
minum.*

Exemplum.

*Exemplum
aliud.*

*Statua
Deipare
stillat sa-
guinem
Sichemij.*

Walse.

*ad Deum
per B. V.
recurren-
tium.*

(Walterus Vnkelerus) candido linteo exceptam chrymas fundere visa est. Eius rei fama multos e-

am e Roma exiit, collataque sunt elemosyæ, ex quibus Templum miræ magnitudinis & specti- cecum est in honorem Virginis, quod hodieque S. MARIA DE LACHRYMIS vocatur.

Neque verò solium audit Maria gemitus illo- rum, qui pro se & peccatis suis aut afflictionibus in- gemunt, sed & illorum, qui ex compassione alle- nas desunt afflictiones & iniquitates, in eorum enim charitate complacet sibi. Propterea Romæ celeberris est locus dictus *Nostre Domine de Porticu*, qui possidet Imaginem e celo allatam B. Gallæ, viduæ Consulis Symmachii. Hæc cum vacaret con- tinuò operibus pietatis, ita vt centum quotidie pauperes propius aleret manibus, Virginique Dei- paræ devotissima foret, meruit in domum suam ab

Angelis recipere Imaginem eiusdem Deiparæ fi- lium suum in vlnis fouentis, in lapide pretioso Saphyri- no aureis lineis, manibus Angelicis efforma- tam, multa que luce circumfulam. Imaginem hanc tenebant in aëre suspensam Angeli, miræ pietatis sensum intulantes cordi huius viduæ. Postquam verò diu illam venerata fuisset, & pro tanto seruo- rum Matris gratias egisset, adijt S. Pontificem Ioa- annem, huius nominis primum, gloriosum q; pos- tea Martyrem, charitas quæ domi lux gereretur.

Advenit Pontifex, mox que vbi domus iumen at- que, omnes Campanæ Urbis Romæ sponte sua sine vilis impulsu personauerunt. Illi verò flexis ge- nibus fudit preces, & Imago, quæ in aëre suspen- sa omnium animos admiratione suspensas tenebat, ab Angelis in eius est deposita manibus. Atque eo ipso die pestis, quæ tota vrbe grassabatur, Virginis beneficio est desulsa, exaudiente ipsa gemitus & suspiria profectis ad se directa.

Neque semel contigit, vt exaudiret filios suos clamantes, & flentes, & suspirantes ad se pro pesti- lentia & contagione.

Nam tempore Calixti tertij cum iterum pestis Urbem depalceret, eadem Imagine in Processione cum supplicatione clara, cessavit mox lucis.

Tempore item Adriani Pontificis idem contigit. Immo & id ultra tunc Judaicam perfidiam con- fundens accidit, quod tum Judæus quidam per pla- teas transiens averso capite & vultu irideret sup- plicem & solemnem Processionem cum Imaginæ Virginis, caput ita avertium per mansit, vt nullo modo in priorem poruerit redire statum. Mulier quo- Iudæa cum oculos avertisset ab Imagine, repente cæca facta est.

Denique tempore Leonis decimi, anno 1518. Italia cum ingens Turcorum exercitus Christianitatis Turcorum excidium meditaretur, Pontifex Leo totam videns irrup- territam Italiam & Ecclesiam, eandem Imaginem ni- per Urbem deferendam decrevit, quam & nudis huius pie supplicationis ad eam, quæ gementes audit, effectum & profectum. Hæc ex monumentis S. Mariæ in Porticu nota sunt. Ergo merito hoc frequen-

Liphus: *Quid signi tamen hoc fuisse dicam? An Judas Ven sanguinem hoc in auro, Quo sanguis male funditur, dolorem Et sic exprimit. An magis cruenta Sistes bella, eiusq; gustata labris Vt deterja fuit, sic Cy madenti Huic fiet patrie id benigna fiat, Et iuna precibus, Deumq; placat.*

Simile quid in Germania sua ætate contigisse refer- de mira. circa annum 1222. Cum enim Missa cele- braretur ad Aram Virginis coram eius Imagine, visa est Imago sudoris multiplices emittere guttas, stupentibus & videntibus omnibus. Cumque ibi- dem possessus à dæmone excoizaretur, multo tempore cum ululatu respondit, Mariæ Filium extendisse brachium ad punitionem hominum; & nisi ipsa obviasset, magnam Orbis partem interfectioni esse dandam, id que significare sudorem illum prodigio- sam Imaginis.

Memorable quoque est, quod Salerni in regno Neapolitano anno 1611. contigisse narratur. Erat ibi imago Deiparæ depicta rudi penicillo in pariete cuiusdam domus, quæ hora ante Solis occasum prodigiosum cœpit sudorem emittere a quo li- quori persimilem; guttula etiam frutrua coloris san- guinei ex eius fonte fluxit, quod à quatuor viris observatum est. Fuisse videtur hic sudor prænun- tius ingentis cladis, quæ die sequenti, qui erat dies Pentecostes, contigit, quando Monasterium nobil- lissimum Montis Virginei non procul à Neapoli conflagravit plurimis absumptis. Videtur Deipara- tam multorum interitum miserata, precibus apud Filium pro eorum incolumitate enixè supplicans, quasi laborasse & exsudasse. Evulgato autem hoc Imaginis sudore, ingens ad Imaginem concursus factus est, ibi que nobile Templum piorum elemo- sines ædificatum est, cum hoc disticho ad Imagi- nem supposito:

Virginem cum Mons multorum cade flagrauit, Sudorem hæc visa est mittere sanguineum.

Et ne quis suspicaretur hunc sudorem, casu, vel nat- uraliter, vel alia de causa fluxisse, ex eo tempore cœpit Imago miraculis clare. Die enim isto Pen- tecostes Clericus, cui brachium & manus sinistra inauerat, à biennio, hoc sudore à Sacerdote illita, illicò usum recipit & motum.

Nec hic prætereundum, quod anno 1494. in E- piscopatu Spoletano propè oppidum Trivio ma- lorum Italiæ prognosticum apparuit. Erat & ibi Sacellum in compito, vbi E. Mariæ Imago ornabatur depicta in pariete; illaque tunc à plurimis la-

In Ger- mania Cæsarius l. 6. 7. scilicet Deipa. In Gemis- sudoris multipli Emittit guttas. Salerni in regno Neapoli- tano.

Spinellus de Mira- culis c. ult. Item in Episcopa- tu Spole- tano. penultimus li. 3. c. 34.

WANTIA

frequente & fervente oratione repetimus: *Ad te clamamus exules filii Ebrae: Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle.*

SECT. VI. HIERGO ADVOCATA NOSTRA.

**Advoca-
ti plurimi
in Caelo.** Errum est in Civitate caelesti Ierusalem, ubi omnes nostrae causae & negotia salutis determinantur, multos pro nobis ita advocatos & Defensores, Mediatores & intercessores: omnes enim Sancti Angeli, omnes Electi Dei in negotio salutis favorem nobis impendere satagunt.

Angeli. De Angelis nimis notum est, vt notam fiat, quanta se erga Deum gerant sollicitudine vota nostra representant, supplicesque libellos, vt nobis gratiam reportent: Hi nempe sunt Spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.

Hebr. De Sanctis quoque alijs non ambigimus, quia nos expectant, nec possunt consumari sine nobis gloria corporis: non possunt velle duplici indui, donec complectatur numerus Fratrum, & ideo non possunt nostri oblitisci, immo quia nobis in pignus & archam affectus reliquerunt corporum suorum exultans, excitantque nos ipsos, vt recurramus ad ipsos, Et quia idem iter confecerunt quod nos, experientia didicerunt miserias nostras, ideo compassivum & interueniunt pro nobis. Adde, quod cum multa pro Christo passi sunt, vt efficacius orent, representant passiones suas, membra divulsa, vulnera suscepta, capita electa, cicatrices gloriose remanentes. Haec tot sunt ora pro nobis aperta in salutis nostrae causa.

S. Ambros. Quid quod ipse Spiritus Sanctus Advocatus noster dicitur: Paracletus enim idem est quod Consolator & Advocatus: & pro nobis orare a S. Paulo asseritur, & quidem gemicibus inenarrabilibus? Quod quidem intellige, non quod personaliter id praestet, hoc enim illi vt Deo & summo numini competere nequit: Sed cum sit ipse principium nostrae sanctificationis, inspirat nobis vt oremus, in mentem fundit lucidas cogitationes, in cor affectuosas motiones, in os verba pietate plena, in pectus suspiria gembunda, in oculos lacrymas calentes, vt representemus Deo miserias nostras, os aperientes atrahamus spiritum & gratiam, *Flabit spiritus eius, & fluent aquae.*

S. Ambros. Verum cum Advocati officium in eo consistat, quod sustineat graviter, quod dirigat prudenter, quod prosequatur diligenter, quod defendat fortiter clientis sui causam, vere primarius est Advocatus noster Christus in caelis apud Patrem. Sic enim de eo loquitur S. Ioannes: *Sed & si quis peccaverit, Advocatum habemus Iesum Christum iustum, & ipse est propitiator pro peccatis nostris, & non est solum pro peccatis nostris, sed & pro totius mundi.* ipse

Primarius, honorabilem, Advocatus est Christus I. Ioan. 2.

ergo Advocatus est, non solum sicut ceteri Sancti, sed etiam est Propitiator & Propitiatio, semper adstant vultui Patris pro nobis: nec tali modo Advocatus alter vllus esse potest, pretium & satisfactionem offerendo. Cum vero iam diu oblatum sit pretium, *semper visus interpellat pro nobis, vt ait Apollolus, vt nobis applicetur; & efficitur.* Et haec interpellatio, siue oratio, sit non solum inter precative & implice, quia scilicet plagas, vulnera, cicatrices exhibet Patri, merita sua: sed etiam sit oratione proprie dicta, qua a Patre gratiam & salutem nobis impetrat, iuxta antiquum Patris promissum & meritum suum praemissum.

Porro, quia non solum ipse Advocatus est, sed & Iudex, ideo specialem nobis providit Advocatam Matrem suam, quae suscipiat in causa nostrae salutis specialem nostrae defensionem & curam, & quidem ardentius & efficacius, quam alij Sancti. Quo enim maior est apud Deum eius & charitatis & potentia, ea efficacius est & praesidium, ad veritasque exinde est formidabilior. Si Filius propter advocacionem exhibet vulnera, ipsa representat vbera. Sic nec Pater vulnera Filij, nec Materis vbera repellere potest, quibus Filius est lactatus. Vbiq; ergo charitatis insignia, & propterea magno desiderio, ardenteque prece, ipsa vt Advocata nostra est invocanda, nostraeque salutis negotium ei commendandum, vt sub eius tutela ad certare vicemus trica & infidias, omnia in eius manus fideliter commendando.

Itaque passim Sancti Patres, & ex illis Ecclesia, per excellentiam Virginem Deiparam nostram appellat Advocatam. Primo, quia est *Advocata totius Orbis generalis*, a Christo Filio ad hoc constituta, vt in suam defensionem & tutelam omnes recipiat, & velut Theresiachus extendat ramos honoris & gratiae cooperiatque totam terram vmbra protectionis suae; vt omnes confugiant ad eam *in umbraculum aiei ab aestu, & in absconsione à turbine & pluvia.* Quidam è Sanctis patrocinium specialiter impendunt aliquibus Civitatibus vel Provinciis, ideoque & specialiter ab eis invocantur. Sic S. Genovefa Patissensibus praesto est vt Advocata, S. Gudula Bruxellenis, S. Vvalderudis Montensibus, S. Aldegondis Maloodiensibus, S. Gertrudis Nivellesibus & Babantibus, S. Christina mirabilis Hasbanis, S. Lugardis Aquitensibus & vicinis populis. Sic SS. Lambertus & Hubertus Patroni sunt: Advocati Leodiensibus Remaclus Arduennatibus, Albanus Namurcensibus, Norbertus Antuerpiensibus, Rummoldus Mechliniensibus, Liuinus & Buno Gandensibus, Piatas Tornacensibus, S. Ties Reges, S. Gereon & S. Ursula cum Sodalibus Colonienibus &c. At Virgo Deipara non vnam Civitatem aut Patociniam vt Advocata protegit sed suo partes, Africam, Europam, Americam, Asiam, & quicq;

Christe quia etiam est iudex, ideo speciale nobis Advocatam dedit B. Virginem.

B.V. Antonomasticè Advocata omnium prima causa.

Patroni & Advocati singulares quarundam Provinciar. & eius tantum.

Mariale

N

quicq;